



Philosophical Transactions

Please note: Due to an error in the print volume, the page numbering in this article may contain either page numbering skips, or page numbering repetitions, or both. However, the article content is presented in its entirety and in correct reading order.

Please click on "Next Page" (at the top of the screen) to begin viewing the article.

PARALLELOGRAMMUM PROSOPOGRAPHICUM

SIVE

Modus novus delineandi per radios parallelos ad *Æ*qualitatem Orthographicam , gestus, situs, habitusque quoscunque humani corporis, servata Symmetria, & proportione partium.

Autore *JOANN E de Sancto-Claro Scoto-Lothiano.*

Ut varias usus meditando extunderet artes.

Virg. Georg. i.

NOvum modum delineandi per radios parallelos descripturus , de *Clarissimi Scheineri arte delineandi, per conum radiosum, quam brevissime potero paucis absolvam.* Conficiendum mibi curavi Parallelogrammum lineare , cuius usu non contemnendum progressum in pictura feci , prætertum in Prosopographice, quæ ab hoc mirabili instrumento (ut ait Inventor) in supremo quasi eruditio[n]is vertice collocatur , cuius ope nuper vultus hominum naturales secundum omnia faciei lineamenta etiam ad capillum Capitis in dato situ expressi , corporis humani gestus ad vivum dicto citius , idque non solum arte infallibili , scientifica , sed etiam modo cito , seculo , subtili , absque fatigacione mentis , imitatus sum.

Expertus sum tamen (licet job hoc non est quod sequitur de his instrumentis)

ti præstantiæ ab Artifice statuatur) nequaquam inter partes Ecotypi in plano, eam esse symmetriam, quæ inter partes Prototypi diffisi.

Cum enim delinearem nuper circino graphicò Effigiem viri stantis, Vulturusque eretlos ad sudum coculum tollentis, cuius manus dextera propinquior cathedra innixa est, altera remotior demissa; animadverti, Prototypon longe diversam formam natam esse in plano, quam in se habebat. Partes enim Autographi aequales, transcriptæ sunt in planum prorsus inæquales. Nulla quidem fuit discrepantia sensibilis inter apparentem magnitudinem manus dexteræ Prototypi, licet oculo propinquioris, & sinistram remotioris; Ecotypi tamen in plano delineati manus dextera, sinistra major fuit, quia Sectio communis plani, & radios coni ad manum dexteram tendentis, major fuit sectione communi plani, & pyramidis optice ad manum sinistram protensa.

Statui præterea magnum librum Fig. I. Tab. II. super mensam, ad angulos axi optico obliquos, cuius in eo sit u apprens magnitudo hanc magnopere differebat ab ejusdem apparente magnitudine in situ perpendiculari. Interposito autem plano delineatorio in quod projectus est liber, hanc formam, Fig. II. Tab. II. expressam, acquisivit priori prorsus dissimilem, cuius partes prout ab oculo (omnium radiorum, qui ab objectis protenduntur, principio & origine communi) remotiores, in plano paulatim diminuta sunt, ut patet in libro, Fig. II. Tab. II, ob rationem supra memoratam. Ex quo luculent cernere est differentiam, inter rei Apparentiam, ejusque Projectiōnem. Nam maxente oculo (ut ait Aquilonius) ac rei situ, quantumvis planum in omnem partem mutetur, eodem tamen semper modo res appet: At secundum plani situm alia & alia erit rei Projectio. Apparentia ex duorum duntaxat habitudine pendet, rei nempe objectæ, & intuentis oculi Projectio verò insuper (que est rei solida in planum transcriptio), planum depositit, in quod profusi radii varie incident. Obversetur enim Circulus aspectui directè; apparebit ut Circulus, si vero interponatur planum obliquum, nequitam in Circulum projicietur, sed genuinam suam similitudinem exuet, formâ vel Ellipsos, Hyperbolæ, vel Parabolæ, pro varia sectione Pyramidis optice, cuius vertex oculus, basis autem res visa.

Est quidem inter res projectas à Parallelogrammo, etrumque projecturas, Optica similitudo & aequalitas. Quia, cum projectura ista sint optice similes & aequales uni similiu & aequalium, nim. Speciei intersectioni, qua objectum quo, & pictura objecti rationalis, & aerea dicitur, erunt etiam optice similes & aequales alte i quoque similiu & aequalium, nim. objecto quod, seu rei projectæ.

Sed ut ad propositum revertar, Experiendi diicí quod jam pridem rebar futurum. Memini enim, cum effigiem cuiusdam in horto sedentis, cuius imago per lentem convexam in chartam transmisso fuit, ducerem, crura & pedes multum ultra reliqui corporis proportionem, utpote propriores, crescere. Neque est quod hoc novum aut insolitum videatur; sicut enim se habet Pantographices planum ad imaginem corporis propinquai, que ab ipso intercipitur; sic & chartali convexe pretensa ad imaginem, que ab ipsa excipitur, quoque à corpore:

pere non aāmodum diffito per fenestram transmittitur. Planum antem Pantographices dico superficiem illam imaginariam in aere, quā Index Stereographicus percurrit, queque producta chm tabula superficie, in qua sit delineatio, coincidit.

Sed & apertius hoc fiet in umbrā humani corporis; quō propiores enim sunt noctū candela, manus aut pedes aut cetera membra eō majorem in parte em oppositum umbram effundunt; quod cuius obviam est. Extenſis enim brachiis, quae manus paricti proxima est minorem, quae remotior est & candela propior, majorem umbram reddit; non secus ac quae manus oculo inclinantis propior est, ampliori imagine, quae verò remotior, minori dicitur. Sicut enim se habet Parallelogrammi planum ad imaginem corporis describen-ai, sic & partes ad umbram. ig. a. doc. 5. v.

Hnic autem malq; quod ab ingeniosissimi Pantographices Inven-
tore nequaquam notatum est, ut remedium aliquod repertirem, multa animo
rulvebam. Subibat interdum, num qua ratione ad distantiam partium Pro-
totyphi, ancororum & retrorsum Parallelogramnum movendo, debitæ pro-
portiones in effigie retineri posse. Sed dum nec in hoc exi:um ullus mens
reperiret, de imagine, quæ a plāno Parallelogrammi intercepta, effigiem Pro-
totyphi Orthographice aqualem redderet, cogitare cœpi. Hoc invento, cetera
omnia prona & proclivis fore. In mentem igitur venit Problematis illius,
quod olim apud Keplerum in Dioptricis legere memini: Lumen, scil.
Candele noctu quam longissimè ejaculari, Quod sepissimè me, & fra-
tres, aliosque qui nobiscum literis operam dabant, crebris experimentis pa-
trem meum docuisse recordor. Hibernis, enim noctibus per tenebras den-
fissimæ trajecto ad longissimam distantiam lumine, quæ minutissimis typis
impressa fuere, sacra biblia non mirus facile, quam in meridiana luce lege-
re erat. Cum enim, ut doctissimus ille Keplerus docet, eadem sit refractio
radiorum, sive illi naturā suā ingrediantur, sive egreditur, cum flamma
lampadis aut candela in punc̄to, ubi radii solares concurrere solent, pone len-
tem collocatur, lumen transmissum radiis si non Parallelis, quasi tamen Pa-
rallelis, ad longissimam distantiam transfunditur; fitque ut quā ratione inter-
diū lumen solis superficiem lenti averſam ingreditur, noctu lumen candela
aut lacerna ab eadem digreditur. Sicque si (quod docent, nec sine ratione
nonnulli) lumen sit corporis luciai species visibilis, imago Parallelæ undique
tenebris confricta habetur. Nec est quod cuīquam dispiceat, quod voce has
in sensu absoluto utar, cum stricte loquendo in Categorīa Relatorum sit.
Omne enim parallelum cūm alicui parallelum sit, & Relatum est,
cūm Relata sint quæ id quod sunt aliorum esse dicuntur.

Sed cūm Astronomi dicant Spheram Parallelam, cur non & mibi ima-
ginem Parallelam, dicere liceat?

Seā quandoquidem mentio umbræ parallela incidit, ecce tibi aliud imagi-
nis parallela exemplum in umbris, que oriente vel occidente Sole in parie-
tibus radiis solaribus ad angulos rectos oppositis conspicuntur, queque licet
tenebroſæ, multum tamen lucis in praesenti negotio afferunt, cūm Geome-
tricæ corporibus, unde fluunt, aquales sint. Dent veniam optici, qui fa-
cile

cile demonstrabunt, nec radios solares qui umbras illas parallelas claudunt, in rigore mathematico parallelas esse; cum non ad demonstrationem, sed ad illustrationem hoc exemplum utar.

Hicce pramissis, fingamus ab omnibus Prototypi punctis radios parallelos pretendi, & ad angulos quam fieri potest rectissimos in planum Pantographicum incidere; quam ratione fiat, ut Index Stereographicus omnia illa puncta saltem precipua percurrat, nunc inquirendum restat.

Postulat Scheinerus inter delineandum, oculum prorsus si cum.

Sed, (si hac nova methodo delineandi utaris,) sit oculus in Prospographia liber & solutus, neque ulli certo punto affixus, Proque inde Stereographicus sit Tigillum, seu regula oblonga, plano Parallelogrammi ad angulos rectos aptata. Tigillo deinde huic insigantur dñe dioptra, per quas oculus quasi collimare in omnia corporis describendi puncta, saltem precipua, eà ratione possit, ut radius visualis, per dioptras admissus, piano instrumenti semper sit perpendicularis, excipiatque Pantographicus planum imaginem aeream ad angulos rectos. Et dum oculi acies unicuique objecti depingendi puncto successivè applicatur, stylus, debito praeeunte apparatu, in charta subjecta, figuram objecti, secundum naturalem ipsius symmetriam, da. à proportione, exactè describet.

In hoc casu dico, dummodo tantum à centro instrumenti distet stylus scriptorius, quantum ab eodem, radius ab objecto ad oculum per dioptras protensus, imaginem in Charta ductam Orthographicè Prototypo aqualem fore. Quod fuit quaesitum. Idque sic colligitur.

Quæ sunt Orthographicè aqualia uni tertio, inter se sunt aqualia.

Sed Effigies descripta, & Prototypon, sunt Orthographicè aqualia uni tertio, nim, interceptioni imaginis parallela, quam excipit Parallelogrammi planum ad angulos rectos. E. & inter se sunt aqualia. Major est certa, utpote principium Geometricum. Minor ex hypothesi patet. Si quis autem Effigiem servatis proportionibus & symmetria diminui cupiat, hoc facilime asseretur, stylum Scriptorum inter indicem centrumque instrumenti collocando.

Sed objicient forsitan quidam, in objectis longe dissitis a dioptrarum nullum fore usum. Quid vero illud nostrâ interest, cum ad tollendas tartum in Prospographia difficultates, quibas hactenus Scheineri Parallelogrammum laboravit haec nostra Methodus comparata sit? Est enim, ubi commodius fixo, est, ubi commodius soluto oculo delineatio transfigatur. Quoniamque autem soluto, & quando fixo oculo delineandum sit, alteroris est assequitio. Occupatior sum impresepariarum, quam ut huic inductioni videntur. Haec, brevitati studens, modo sufficere arbitror. Reliqua ingenuo tyroni data opera reservo.

Brevis & dilucida Parallelogrammi Prosopographicici descrip-
tio , quo delineantur modo novo , per radios Parallelos ad
æqualitatem Orthographicam , gestus , situs , habitusque quicun-
que humani corporis , servatâ Symmetriâ & proportione Par-
tiū.

IN Schemate Fig. 3. Tab. II. Parallelogrammum *prosopographicum*
est ABCD , stylus centralis HF , calamus designator LC , Index K
A , sive regula oblonga , piano Parallelogrammi , ope clavi striati ex ære ,
secundum specimen E , ad angulos rectos aptata . Haic regulae infiguntur
duæ Dioptra PR , SV ; in medio PR pertusum est foramen O , in medio SV
erigitur filum perpendicularē regula RA , in cuius medio est globulus qui-
dam parvus , per quem , & foramen O , radius ad oculum (quem inter deline-
andum non oportet esse fixum , sed liberum & solutum) ab objecto protendi-
tur .

1. *Animadvertisendum* , radium per foramen O & globulum protensum , sem-
per fore perpendicularē piano Parallelogrammi , sive ejus Diametro , que
est recta linea extensa per stylum designatorium LC , & centrum fixum HF ,
& dictum globulum parvum , in qua linea semper versatur iste globulus ,
qualisunque sit Parallelogrammi motus .

2. *Not.* Planum delineatorium sensibile , super quod volutatur apex L ,
stylī pictoriū LC , ad amissim desribentis imaginem ad motum Indicis KA , &
in quod infixus est stylus centralis HF , esse QYXT ; planum verò mere ration-
ale , sive mathematicum , priori continuum , esse $\epsilon \delta \beta \gamma$.

3. *Not.* Omnes radios ab objecto per globulum & foramen O protenses (ad
oculum , in tot medii diaphani punctis , duce Indice KA . collocatum , quæ sunt
puncta in superficie Visibili objecti desribendæ , quæ sunt infinita ,) semper fo-
re sibi invicem Parallelos .

Quod sic probatur :

Quæ eidem rectæ lineæ sunt Parallelæ , sed non in eodem cum illa plano , ha-
quoque inter se sunt Parallelæ ; per Prop. 10. lib. 11. Eucli-
dis.

Sed omnes radii ob objecto per Dioptrias ad oculum protensi , eidem rectæ li-
neæ , viz. radio ab objecto per globulum & foramen O protenso , sunt Paralleli .

Ergo sibi invicem sunt Paralleli .

Prob. Minor. Si duæ rectæ lineæ eidem plano ad rectos sint angulos , Para-
llela erunt illæ rectæ lineæ , per Prop. 6. lib. 11. Eucl.

*Sed Primarius radius ab objecto per Dioptrias ad oculum protensus , & om-
nes reliqui radii secundarii , piano mere rationali , & mathematico , viz. $\epsilon \delta \beta \gamma$,
ad rectos sunt angulos ; ex hypothesi .*

Ergo

Ergo omnes radii ab objecto per dioptras ad oculum protensi eidem rectæ linea, viz. radio ab objecto per globulum & foramen protenso, sunt paralleli, quod erat probandum.

Now, to the end that the Reader may the more readily see the difference between this Instrument, and that of the Learned Scheiner, our Author thought fit, here to subjoyn a short description of that of Scheiner's, which performs the work by Conical, as the Author's doth by Parallel, species.

Descriptio parallelogrammi Stereographici à Clarissimo Mathematico Christophoro Scheinero excogitati, quo per conum radiosum, omnia quæcunque sub aspectum cadunt (ut pluribus apud authorem legere est) arte infallibili, dicto citius, in planum projici possunt, eodem situ, ordine, figurâ, magnitudine apparente quo oculus illa hausit.)


IN figurâ Tab. III. super mensam A B C D benè planatam, horizontique parallelam, erige ad perpendicularum duas trabes L S, F I, conjunctas ligno transverso O E ab anteriore, & alio simili à posteriore parte, quibus imponatur lignum oblongum L F, ita ut ad arbitrium erigi ac deprimi possit, in cuius vertice infigatur dioptra K, ad specierum visibilium receptionem colligandam.

Postea ad distantiam H O tantam, quantam manus Artificis, ex K extenta, versus parallelogrammum regendum postulat, excita ad perpendicularum super tabulam D H afferem planum H M N Z, qui & parallelogrammum pendulum P Q R T sustentet, & picturam depingendam recipiat.

Ad punctum foraminis K corradiant singula puncta objecti oppositi Y E a B, lineis Y K, B K, E K, a K, & aliis infinitis, qua intelligi, non exprimi, solent. Per has ergo lineas, species visibiles objectum in foramen, & trans foramen in oculum desert, qui si in objectum fertur, & singulos ejus radios Indicis apice P absindit, calamo T, imaginem depinget in superficie tubulae H M N Z, similem illi imagini, quam planum V X M H, speciem visibilem secans, in aere comprehendit.

Affer delineatorius H M N Z mobilis est factus in extremitatibus beneficio cardinis H, & arcus quadrantalnis Σ λ, ut possit attolli & deprimi, inclinari & erigi, secundum arbitrium Artificis, & rei exigentiam.

Tab. III.



Tab. II.

